Ordo episcopalis vnde processit dictum est in prohemio huius partis. ¶Sane consecratio episcopalis in qua spiritus sanctus digne sumenti datur semper in die dominica ⁊ hora tertia fit.75.di.c.i.quoniam ipsi episcopi vicē apostolorum obtinent quibus in die penth. ⁊ hora tertia spiritus sanctus datus est.non tamen potest quis in episcopu3 consecrari die illa qua in presbyterum ordinatur:sed ⁊ iuxta canonum statuta.78.di.si forte:episcopus cum ordinatur com3 prouinciales episcopi conuenire debent cum metropolitano ⁊ duo episcopi ponant ⁊ teneant euangelioꝝ codicem super caput ⁊ cervicem eius sine super humeros vno super enim fundente benedictionem:reliqui vero omnes episcopi qui assunt manibus suis caput eius tāgant.23.di.episcopis.Siquidez tenetur liber super caput eius.primo vt dominus firmet euangeliu3 in corde ips⁹. secundo vt per hoc intelligat cui labori ⁊ honori subiicitur:q3 omne quod hic eminet.i.omnis prelatus plus meroribus afficitur quam honoribus gaudeat.22.di.verum.tertio ad notandum q3 pondus euangelice predicationis eum circūquaq3 ferre pigre non debet.quarto ad monendum illum vt magis solito iugo subiaceat ⁊ obediat euangelio. ¶Trium autem episcoporum ad minus computato metropolitano presentia requiritur ratione ⁊ exemplo.Ratione ne tantum beneficium videatur furtiue prestitum vt pro illo pariter preces ad deum effundant . Et exemplo q3 ⁊ Jacobus frater domini a ¶Petro Jacobo ⁊ Joanne apostolis ordinatus est episcopus hierosolymitanus.66.di.porro . ¶Manus vero impositio sumpsit exordium ab Jsaac qui dum Jacob benedixit imposuit sibi manum:⁊ Moyses Josue cum eum populo prefecit ⁊ dominus apostolis cum eos principes mundi constituit.Sed ⁊ ipsi apostoli per manus impositionem spiritū sanctum dederunt.De manus impositione dictum ē sub ti.de dyacono . ¶Ceterum circa episcopi ordinationem sciendum est q3 ipse sabbato hora vespertina examinatur de moribus ⁊ statu preterite vite vbi iter benedictio petitur vt sancta trinitas in ordinatione preesse monstret. Mda ne vero sequenti examinatur de futura conuersatione ⁊ fide ⁊ primitiue ecclesie institutione propter suspectos in fide moribus ⁊ conditione:⁊ vngitur caput eius ⁊ manus de quo dictum est in prima parte sub titulo de con . Dein de vnguntur manus ei⁹ ⁊ datur ei mitra in capite in signū q3 benedictionem omnium gentium dedit illi ⁊ testamentum suum confirmauit super caput eius . Dantur etiam ei baculus ⁊ annulus:de quibus in sequenti parte dicet:. Singula autem cum propriis verbis traduntur ⁊ fiunt: que verba ⁊ capitis ⁊ manuum vnctio ⁊ pallium confirmatio baculi ⁊ anuli atq3 euāgelij traditio sunt huius substantia sacramenti.Cetera solēnitatis sunt. De euangelio ⁊ baculi traditione ⁊ quare consecratus equum album seu albis coopertum equitat dictum est in predicto ti.de con. Consecratur autem episcopus inter epistolam ⁊ euangelium extra de elec.q3 sicut.nec potest die sue consecrationis ordines celebrare:q3 ipse tunc non celebrat sed concelebrat principaliter celebranti. ¶Papa tamen qui añ hymnum angelicum consecratur hec posset quia ipse missarū solēnia perficit consecratus. Differt autē inter episcopos ⁊ sacerdotes quia licet ser sint que cōmuniter ad omnes pertinent sacerdotes:videlicet cathetizare:baptizare: predicare:conficere soluere ac ligare:tamen ad pontificem nonem specialiter spectant.s.clericos ordinare: virgines benedicere:pontifices consecrare:manus imponere : basilicas dedicare:degradandos deponere synodos celebrare:crisma conficere: vestes ⁊ vasa sacrare . Sunt ⁊ alia que ad officium episcopale pertinent:puta in fronte crismare:benedictiones solemnem ante pacem dare:⁊ similia.25.di. perlectis.68.di.q3uis.Verumtamen ⁊ maiores ⁊ minores sacerdotes cōmuniter in quibusdam vicem gerunt sūmi pontificis.i.christi.duꝝ videlicet pro peccatis obsecrāt ⁊ per penitentiam reconciliant peccatores. Unde apostolus.Deus erat in christo mundum sibi reconcilians ⁊ posuit in nobis verbum reconciliationis. obsecramus ergo pro christo reconciliamini deo. Mediatores enim sunt sacerdotes inter deum ⁊ homines:dum ⁊ precepta dei populo deferunt predicando:⁊ vota deo porrigunt supplicando.quocirca tales debent existere vt ⁊ deo grati ⁊ hominibus sint accepti . Nam vt ait Alexander papa.i.q.i. christi sacerdotes quanto digniores fuerint tanto facilius in necessitatibus populi pro quibus clamant exaudiuntur Et sicut apostolus dicit. Mediator non est vnius.⁊ discordes reconciliare non potest qui simul vtriusq3 societatis ⁊ amicicie vinculo non est concors. Si enim is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur.49.distin.§.i. Episcopus quoq3 ⁊ sacerdos nomine presbyteri intelliguntur sicut patet ex his que ad tytum apostolus scripsit qui eundem ⁊ episcopu3 ⁊ presbyterum nominauit. Qz autem idem sit episcopus ⁊ presbyter multis modis cōprobatur. ¶Presbyteri a filijs Aaron in veteri testamento sumpserunt exordium.Episcopi vero ab ipso Aaron.qui vero vocabantur sacerdotes nunc presbyteri dicuntur:qui tunc principes sacerdotum:nunc episcopi nominantur. Hodie autem ideo diuersa sunt vocabula vt episcopus non dicatur presbyter vel econtra: quoniam antiquitus quando pietati studebant presbyteri in omni loco ordinabantur:⁊ apud iudeos qui populo preerant presbyteri dicebātur:hoc nomen honoris accipientes.Uocabantur etiam episcopi ab illo opere quod implere videbantur eo q3 considerare habebant quecūq3 ad pietatis cultum fuerant constituta. Hinc etiaz Hiero. sic ait.95.distin.olim.Olim idem presbyter qui ⁊ episcopus.⁊ anteq3 dyaboli instinctu studia siue dissentiones in religione fierent ⁊ diceretur in populis:ego sum ¶Pauli ⁊ ego sum apollo:⁊ ego cephe.cōmuni presbyterorum cōsilio ecclesie gubernabantur:postq3 autez vnusquisq3 eos quos baptizauerat suos esse putabat non christi.in toto orbe decretum est vt vnus de presbyteris superponeretur Episcopi ergo nonerint se magis consuetudine q3 dispensatione dominice veritatis presbyteris esse maiores.Aug. vero.2.q.7.quāq3.dicit q3 quāq3 secundu3 vocabula que vsus obtinuit episcopus sit presbytero maior. Aug.tamē mino: Hieronymo est. Hoc officiu3 christus exercuit qñ manus super capita discipulorum leuans eis benedixit dicens.Accipite spiritum sanctum.quorum remiseritis peccata remittuntur eis ⁊c.

¶Incipit liber tertius de indumentis seu ornamentis ecclesie sacerdotū atq3 pōtificū ⁊ alioꝝ ministroꝝ. Rubrica

In quotidiano vsu non est vestibus sacris vtendum ad notādum q3 sicut mutatione habitus fm litteraz facimus:ita ⁊ fm spiñ agamus. Non ergo cuꝝ vestibus cōis vite vsu pollutis in sancta sanctorum ingrediamur:sed cū conscientia munda ⁊ vestib⁹ mūdis ⁊ sacris dei sacramenta tractem⁹ de con. di.i.c.i. Unde Stephanus papa de cō.di.i. vestimēta.statuit sacris vestibus nō nisi in ecclesiasticis ⁊ deo dignis officijs vti.⁊ Ezech.44. Non sanctificabant populum in vestibus suis. Habet ergo religio diuina alterum habitū in ecclesiasticis officijs:alium in cōmuni vsu vt cūto populo christiano exemplum prebeat bone conuersationis: quatenus loti prius sortes noui christo fiant homines. Exuit enim tunc sacerdos veterez hominem cum actibus suis ⁊ induit nouum qui fm deum creatus est. ¶Per vestes quoq3 quibus in sacris vtimur tantum:non omnia sacramenta fore populo renelanda intelligimus.42.distin.in mandatis.§.fi.q.3.nolite . Et nota q3 tempore Ludouici imperato:is filij karoli magni:episcopi ⁊ clerici cingula auro texta:exquisitas vestes ⁊ alia secularia ornamēta deposuerunt. Sacre autem vestes a veteri lege videnē assūpte precepit enim dominus Moysi vt faceret Aaron sacerdoti ⁊ filijs eius vestes sanctas in gloriam ⁊ decorez. vt loti ⁊ sacris vestibus induti fungerentur officio in sacris.exo. .28.31.35.⁊.40.c. Docuit enim dominus Moysen per .40.dies facere pontificalia ⁊ sacerdotalia vestimenta sacerdotibus ⁊ leuitis suis.ornamenta quoq3 ⁊ linteamina:sed ⁊ maria texuit ⁊ fecit illa in vsum ministerij tabernaculi federis.Et ecclesiastici.47.dedit celebrationib⁹ decus ⁊c. Quedam tamen ab apostolis sumuntur.sed tam ille q3 iste virtutes designant vel ministerium incarnatōis. ¶Sane pontifex celebraturus exuit vestes quottidianas ⁊ induit mundas ⁊ sacras.Et primo sandalia calciat vt sit memor dominice incarnationis . Secundo sibi imponit amictum vt motus ⁊ cogitatus fauces ⁊ linguam cohibeat. vt fiat cor mundum spiñ rectum percipiens in visceri bus innouatum. Tertio albam talarem: vt habeat mundiciam carnis perseuerantem.Quarto cingulum vt impetus luxurie refrenet.Quinto stolam in signum obedientie. Sexto tunicam sacinctinam.i.celestem conuersationem. Septimo super induit dalmaticam.i.sanctā religionem: ⁊ carnis mortificationez . Octauo cyrothecas vt declinet vanam gloriam. Nono annulum vt diligat sponsaz.idest ecclesiam sicut se. Decimo casulam.i.charitatem. Undecimo sudarium vt quicquid fragilitate vel ignorantia peccat penitentia tergat . Duodecimo pallium supponit vt ostendat se imitatorem christi qui languores nostros tulit. Decimotertio mitram vt sic agat q3 coronam mereatur percipere eternam. Decimoquarto baculum.idest auctoritatez potestatis ⁊ doctrine. Et postea tapeta calcat vt terram despicere ⁊ amare celestia discat. Omnibus autez p̄missis vestibus induitur a ministris:q3 ei vt vestes induat spirituales angeli suffragātur: vel q3 vicarius est christi cui angeli ministrant ⁊ omnia seruiunt. Rursus pontifex versus aquilonem suspiciens q̄nis versus orientem seu versus altare si sit magis accommodum respicere possit:tāq3 aduocatus ⁊ pugil cum hoste pugnaturus antiquo: vestibus sacris quasi armis induitur iuxta apostolu3 vt iam dicetur . ¶Primo,sandalia pro ocreis habet:ne quid macule vel pulueris affectionum inhereat . Secundo amictus p galea caput contegit. Tertio alba pro lorica totum corpus cooperit.Quarto cingulum pro arcu:subcingulum p pharetra assumit.⁊ est subcingulum illud quod dependet a cingulo quo stola pontificis cū ipso cingulo colligat. Quinto stola collū circūdat quasi hastam cōtra hostem vibrans. Sexto manipulo pro clava vtitur . Septimo casula quasi clypeo tegitur.manus libro p gladio armatur. De singulis etiam aliter dicetur infra. Hec itaq3 sunt arma quibus pontifex vel sacerdos armari debet contra spirituales nequitias pugnaturus. Nam vt inquit apostolus: Arma militie nostre nō sunt carnalia:sed ad destructionē muniminū potētia.Et in alia epla ad epb.6.c. Induite vos ingt armatura dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli . State ergo succincti lūbos vestros in veritate ⁊ induti lorica institie:⁊ calciati pedes in preparatione euangelij pacis in omnibus sumentes scutū fidei in quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere ⁊ galeam salutis assumere:⁊ gladiu3 spūs qđ est verbū dei. Hec quidē armatura est premissa septuplex vestis sacerdotalis significatiua septemplicis virtutis sacerdotis:⁊ representatiua xpi vestium qb⁹ indutus fuit tempore passionis ,put ifra dicet. ¶Prouideat ergo diligenter eps ⁊ attēdat studiose sacerdos vt signū sine significato nō ferat.i. vt vestē sine virtute non portet:ne forte similis sit sepulchro a foris dealbato:intus vero omni spurcitia pleno. Quisquis.n.sacerdos indumētis ornatur ⁊ honestis moribus non induitur quanto venerabilior apparet hominibus:tāto reddit indignio: apud deū. ¶Pontificalē itaq3 gloriā non iam bono: cōmendat vestiū:sed splendor animaz:qñ ⁊ illa que quondam carnalibus blandiebant obtutibus ea potius que in ipsis erant intelligenda poscebant: vt qcqd illa velamina in fulgore auri:in nitore gēmarum ⁊ in multimodi operis varietate signabant:hoc iam in moribus actibusq3 clarescat.cum ⁊ apud veteres reuerentiā ipsa significationū species obtineret ⁊ apud nos certior sunt experimēta rez q3 enigmata figuraz. put hec ⁊ alia in pontificali vbi agit de epi cōsecratione leguntē . Sic itaq3 munitus ad certamen contra spūalia nequitie i celestibus:⁊ pro sedāda in subditos iudicis ira ad altare ꝓcedit: ⁊ per cōfessionē diaboli renunciat domino ⁊ seipsu3 accusat.populus vō quasi pro suo pugile oraturus in profestis diebus terre prosternitur.Dum aūt ille orationes ⁊ alia recitat:quasi totis viribus contra diabolum pugnat . Dum dyaconus in ieuniis ante euangeliū casulā sup humerum replicat quasi gladium ꝺ hostē vibrat. Dum epistola legitur voce preconis imperatoris edicta danē. Cātus sunt tubicine precentores.chorum regentes sunt duces exercitū ad puguam instruētes quibus lacescentibus alij subueniūt Cātus autem sequentie est plausus seu laus victorie . Dū euangeliu3 legitur hostis quasi gladio vulneratur aut exercitus post victoriam dispersus adunat. Episcopus p̄dicans est impator victores laudans. Oblationes sunt spolia que victoribus diuidūtur. Cantus offertorij est triūphus qui debetur imperatori. ¶Pax autem in fine datur vt populi quies hoste prostrato insinuetur. Et deinde populus data licentia pergit ite missa est cum gaudio de victoria ⁊ pace obtenta ad propria redit. ¶Celebraturus itaq3 missaz eps aut presbyter indumentis suo ordini congruentib⁹ se exornet ⁊ vestium cultui actionis quoq3 conueniant ornamenta.e.di.rationis . ¶Circa quod notandū est q3 sex sūt indumenta sacerdotibus ⁊ episcopis cōia:q3 ⁊ sex sunt in quibus cōmunis presbyterorum ⁊ epōrum potestas consistit. Nonem vero sunt ornamenta pontificibus spālia:q3 ⁊ nouem sunt in quibus spālis episcoporum potestas consistit. ¶Per hunc ergo cōmunium ⁊ specialium indumentorum numerum cōmunitas ⁊ specialitas potestatū inter epos ⁊ sacerdotes significat:de quo i pte precedenti dictus est sub ti.de epo. Hoc etenim tā in nouo q3 in veteri testamento legit cōstitutū: vt pontifices pter cōes vestes habeant spāles:sed ibi quatuor erant cōes:⁊ quatuor spāles prout dicet sub ti.de legalib⁹ indumētis qō siquidem rō mystica postulabat.nā ille date sunt carnalibus ⁊ mundanis:qñ quaternarius numerus cōuenit carni pp quatuor humores ⁊ mūdo pp quatuor elemēta. Hec aūt spūalib⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝝ perfectis data sunt. ℣Iam senarius numerus qui pfect⁹ est: q: redditur ex suis pribus aggregatis: pfectis cōuenit Unde ꝝ sexto die pfecit deus celum ꝝ terram ꝝ oēm ornatum eor. sed ꝝ cū in plenitudine temporis sexta veniret et ate sexto die sub hora sexta redemit genus humanum. Senarius ergo numerus pfectus est q: suo ordine numeratus pficitur. ℣Iā cū vnū duo ꝝ tres dicuntur: senari⁹ numerus ipletur. vel q: in trib⁹ ptib⁹ diuidit. i. i sexta tertia ꝝ dimidia. v3. in vno duob⁹ ꝝ tribus. ℣Iouenari⁹ et ipūalib⁹ cōuenit q: nouē sūt ordines angelor q sēdm ppheā p nomen gemmax spēs designant. ℂQuindecim ergo sūt ornamēta pōtificis: qndecī virtutū gradus ipō numero designantia: quos p qndecim cātica graduū psalmista distinxit. Uestes eni sacerdotales virtutes significāt: quibus debent sacerdotes ornari: fm illud ppheticum. Sacerdotes tui induant iusticiā ꝝ sancti tui exultent. Que talares dicūtur q: talus finis est corpis: p quod ostēdit q non sufficit opus bonū inchoare nisi studeat perseuerāti fine complere. put sub ti. de tunica dicet. Sic ergo noster pōtifex plura q octo iduit vestimēta. q3 uis Aarō non nisi octo hūisse legat. gbus moderna succedūt: quod ideo est qm oportet iusticiā nostrā magis abūdare q3 scribax ꝝ phariseor vt intrare possimus in regnū celor. ¶Potest et dici q noster pontifex octo h3 a capite vsq3 ad pedes: exceptis vestimētis pedum ꝝ manuū. s. amictū: albā: cingulū ꝝ stolā: duas tunicas casulā ꝝ pallū. vestimētū. n. pedū potius pertinet ad nr3 q3 ad Aaron: q: nostris dictū est. euntes in omnes gentes ⁊c. ℂDeniq3 preter p̄missas vestes sacris ordinibus ꝝ ministris deputatas: est ꝝ alia quedā vestis linea q̄ suppelliciū dr. quo qbuslibet seruitijs altaris ꝝ sacror vacātes sup vestes cōes vti debēt. put in sequēti ti. dicet. Superpellicium autem ꝓpter sui candorē mundiciā seu puritatem castitatis designat. Juxta illud. Omni tempore vestimēta. i. opera tua sint candida ꝝ mūda: ꝓpter nomen vero suū carnis mortificationē figurat. Dictum est enim superpelliciū eo q antiquitus super tunicas pellicias de pellibus mortuor animalium factas indnebat. quod adhuc in qbusdā ecclesijs obseruat̄ representantes q Adam post peccatū talibus vestit⁹ est pellicijs. Tertio denotat innocētiam: ꝝ ideo ante oēs alias vestes sacras sepe induit: q: diuino cultui deputati innocētiā vite cunctis virtutū actibus superponere debēt. Juxta illud psal. Innocētes ꝝ recti adherēbunt mihi. Quarto ꝓpter sui latitudinē cōgrue charitatem designat. Unde super prophanas ꝝ cōmunes vestes induitur ad notādum q charitas operit multitudinem peccator. Quito pp sui formā q: in modū crucis format: passionē dñi figurat. q3 illud gerētes crucifigi debēt cuz vitijs ꝝ concupiscentijs. Fiunt aūt superpellicie in quibusdam locis de crismalibus lineis. que ponūtur super infantulos baptizatos: exemplo Moysi qui de purpura ꝝ byso: ꝝ alijs a populo in tabernaculo oblatis fecit vestes quibus Aaron ꝝ filij eius indnerentur quando ministrabant in sanctis Exo. 39. ca. Est etiam ꝝ alia vestis que pluuiale vel cappa vocat̄ que creditur a legali tunica mutuata. Unde sicut illa tintinabulis sic ista fimbrijs ifigitur. que sūt labores ꝝ huius mundi sollicitudines. Habet etiam caputium quod est supernum gaudium. ¶Prolixa est vsq3 ad pedes per quod perseuerantia vsq3 in finem significatur. In anteriori parte aperta est: ad denotandum q sancte cōuersantibus vita patet eterna seu q eor vita patere debet alijs in exemplum. ii. q. 3. non sunt in fi. ¶Rursus per cappā gloriosa corporum immortalitas intelligitur. vnde illam non nisi in maioribus festiuitatibus induimus: aspicientes in futuram resurrectionem quando electi deposita carne binas stolas accipient. v3. requiem animarum ꝝ gloriam corporum. Que cappa recte interius patula est nisi ꝝ sola necessaria fibula inconsuta: quia corpora spiritualia facta nullis animam obturabunt angustijs fimbrijs etiaz subornatur. q: tunc nostre nihil deerit imperfectioni. sed quod nunc ex parte cognoscimus tunc cognoscemus sicut ꝝ cogniti sumus. ℂQuidam autem heretici garriunt nusq3 reperi in nouo testamento q xp̄s vel discipuli eius preter vestibus induerentur: rep:hendentes nos temere. q: talibus ornamur qm̄ sicut Jo. ait. Dominus surgēs de cena posuit vestimenta sua ꝝ postea alia nūq3 accepit nisi sua. ¶Ad hoc vero vt dicūt plura alia q3 vestim⁹ reuestim⁹ i missa in qua cenā ipam imitamur. ꝝ dñs ab his qui volunt ambulare in stolis nos cauere ꝓcepit dicēs. Cauete a scribis q volūt ambulare in stolis. dicunt eni q hoc facim⁹ vt iustiores ꝝ excellentiores populis appeamus: cōtra illud. Vos estis qui iustificastis vos coram hoibus: deus aūt nouit cora da vestra: q: quod hoibus altū ē. abhominatio ē apud deum. Error aūt iste ex premissis apertissime cōfutat. Legitur quoq3 Ezech. 42. ꝝ. 44. Cum ingredient sanctuarium meū ꝝ accedēt ad mēsaz meā vt mihi ministrēt ꝝ custodiant ceremonias: meas vestib⁹ lineis induent. nec ascēdet super eos qcq3 laneū. Cū egredient atriū exterius ad populum exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerūt ꝝ non sanctificabunt populū i vestimentis suis. ℂEt nota q ostiarij: lectores: exorciste ꝝ accoliti vestibus albis vtūtur: videlicet superpellicio amicto ꝝ alba ꝝ baltheo: vt angelos dei ministros p castitatis mundiciaz imitentur ꝝ eis in carne gloriosa effecta spūali quasi in albis vestibus socientur. Inde est q potius lineis vestib⁹ vtunt: q: sicut linum multo labore ad candorem perducit sic necesse ē per multas tribulationes ad regni gloriā peruenire. ℂIn concilio magun. ii. q. i. eps presbyter: statutum est q eps i ordinatione sua recipiat ozariū baculum ꝝ annulu3 presbyter ozariuz ꝝ planetā: dyaconus ozariū ꝝ dalmaticā: subdyaconus patenā ꝝ calicē: ꝝ cū degradant ea ꝓdunt. Et i cōcilio toletano. 93. di dyaconus in conuentu: statutum ē q dyaconus tēpore oblationis tātū sez quādo legit euangeliū vtatur alba. i. dalmatica. ℂNotandum quoq3 est q vestes euangelici sacerdotis aliud designant i capite scilicet i xp̄o aliudq3 figurant in membris: quāq3 ꝝ caput ꝝ membra sacerdotis noīe nuncupantur. ad caput dicit psalmigraph⁹. Tu es sacerdos in eternū sēdm ordinē melchisedech. Ad membra vero dicit apostolus. Vos estis genus electū regale sacerdotiū. Exponēda ergo sunt eor mysteria. ¶Primo fm q mēbris. cōsequēter fm q capiti. s. xp̄o ꝓuenit: ꝓut in quolibet capitulo distinguet. ℂDe ornamētis aūt ꝝ palleis ꝝ vestibus ecclesie vel altaris in ꝑma pte dictū ē vbi agit de picturis. ¶Porro ser indumenta sacerdotibus ꝝ eps cōia sunt hec: amictus: alba: zona seu cingulū: stola: manipul⁹ planeta: ℂMonē vo pōtificib⁹ spāl ia sunt hec: caligе: sandalia: succintorium: tunica: dalmatica: cyrotheca: mitra: annulus: baculus pastoralis. De quibus omnibus singulatim prosequimur ꝝ etiaz de sudario ꝝ de pallio ꝝ de coloribus quibus ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumētis ꝝ de legalibus indumentis siue veteris testamenti.

ℂDe amictu. ℞ubrica.

℞Imo de ser ornamētis epis ꝝ sacerdotibus cōmunib⁹ ē q3 ꝑmissa dicēdū. Lotis itaq3 manib⁹ eps seu sacerdos celebraturus assumit amictū quo caput tegit̄ quez pontifex loco ephot sine superhumerale ꝝ rōnale h3: ꝝ nūc et suphumerale vocari pōt significās salutē q̄ p fidē tribuit. De hoc apls ad eph. .6. Galeā salutis assumite. Significat et castitatē cordis ꝝ corporis q: ꝝ renes ꝝ pectus ambit ꝝ tegit. ꝝ omnib⁹ sacris vestib⁹ supponit̄ sed oīb⁹ supeminet q: castitas etiaz debet esse intus i pectore ꝝ foris nitere opere. vñ in renibus stringit̄: q: ibi pcipue luxuria dñatur. ¶Per amictum quoq3 sup humeros q: circūquaq3 diffundit̄: operū fortitudo designat̄. ℣Humeri nāq3 fortes sunt ad opa pagenda Juxta illud patriarche Jacob. Supposuit humez ad portandū: ꝝ factus est tributis seruiēs. Duo vasculi siue dne chordule qb⁹ amict⁹ ante pect⁹ ligat̄: significant intentionē ꝝ finē qb⁹ informādo est op⁹ ne fiat in fermento malicie ꝝ nequitie. sed in azimis sinceritatis ꝝ veritatis. Sacerdos igit̄ nō dz odosus existere: sed bonis operibus insudare: ꝛ illud apl̄i ad Thi. Laboza sic bon⁹ miles iesu xp̄i. Lau-

danda tm̄ quor.ūdā locoz h3 cōsuetudo vt linea camisia alba aut suppelliciū sup cōes vestes induat priusq3 amict⁹ iponat̄ q̄ fides q̄ p̄mo adesse dz significat. ¶Porro amictus sup os plāete reuoluit: ꝺ quo sub ti. de planeta dicet. amictu quoq3 collū stringit̄ p qđ vocis castigatio itelligit: qm̄ p collū i quo vox est vsus loquēdi exprimit. Stringitur ergo collū ne ide ad linguā mēdaciū trāsire possit. Leuiter tm̄ cū eo pectus ꝝ fauces stringunt̄ put sub ti. de cingulo dicet. Illo et caput operimus ne circunquaq3 libere prospiciendo illicita cogitemus. ¶Pectus seu cor: eo tegit̄ q: animus sacerdotis ad ea q̄ incūbunt dz totus esse intentus: nec dz tūc ad vanitates vel ad aliqua mūdana libere meditanda dissolui. ¶Porro amictus quo sacerdos caput obnubilat secūdū q̄ capiti. s. xp̄o ꝓuenit significat id quod in apoca. describit. v3. angelu3 dei fortē descēdisse de celo amictū nube. Et in Isa. Ecce dñs ascendit sup nubē candidam. Uenies et ad saluationē mundi saluator mundi dei filius angelus magni consilij amictus est nube dum diuinitatem abscondit in carne. ℣Iā caput viri xp̄s caput christi deus: extra de sacra vnc. ca. vno. ¶Hoc ergo carnis latibulū significat sacerdotis amictus qđ p illā sindonem expressius significat: qua sūmus pontifex caput obducit: de qua sub ti. de succintorio dicetur: ꝝ pulchre quidez qđ p calciamentum pedū hoc ipm p amictum capitis designat̄ quia diuinitas in carne latuit ꝝ per carnem innotuit. ℣Iam cum notus esset in iudea deus ꝝ in israel magnum nomen eius: in Idumeam extendit calciamentu3 suum ꝝ ante cō spectū gentiū reuelauit iustitiā suam. Amict⁹ et representat operimētū quo iudei velabāt facie xp̄i dicētes ℳatth. 25. ¶Prophetiza nobis christe quis est qui te percussit.

ℂDe alba. ℞ubrica.

¶Ost amictum camisiam siue albam sacerdos induit que membris corporis cōmeter aptata nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis aut in eius mēbris esse debere demonstrat. hec ē b speciem candoris mundiciaz demonstrat secūduz quod legitur. Omni tempore vestimenta tua sint cādida. Fit autem de bysso vel lino propter quod scriptuz ē: byssi num sunt iustificationes sanctorum. Est autem byssus linum egyptiacum. Sicut enim linum vel byssus candoreꝫ quem ex natura non habet multis tonsionibus attritum ac quirit per artem: sic ꝝ hominis caro mundiciam quaz nō obtinet per naturam: per exercitia bonorum operuz multis castigationib⁹ macerata fortitur per gratiaz. Sacerdos ergo fm apostolū: castiget corpus suum ꝝ in seruitutē redigat: ne forte cū alijs predicauerit ipse reprobus fiat. ℣Habet ăt alba capuciū quod est professio castitatis. ℣Habet et lingulam que significat linguam sacerdotalem que ligat cōtumaces ꝝ absoluit penitentes. ℂRursus hec vestis que in veteri sacerdotio linea vel poderis grece seu tunica talaris dicebatur stricta fuisse describitur propter spiritum seruitutis iudeorum in timore. In nouo vero larga est ꝓpter spiritum adoptionis in libertate qua nos christus liberauit. Quod autem auriphrisium ꝝ grammata diuersis in locis ac varijs operibus ad decorem habet illud insinuat qđ prophete dicit in ꝑa. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaur. cir. ℂRursus alba cingulo stringitur vt omnis voluptas carnalis astricta intelligatur dicente domino. Sint lumbi vestri precincti. ℣Manice quoq3 tam albe q3 etiā tunicelle conuenienter debēt esse stricte non nimis laxe vt labantur ꝝ brachia nudentur: habentes in sumitatibus aurifrisia: ad designandum aureos torques: qui brachia nuda beati ℳartini missam celebrantis miraculose decēter operuerūt: ꝓout in sexta parte sub eius festo dicet. ¶Per albam etiam qua corpus a sursum vsq3 ad deorsum tegit̄ spes que ex gratia prouenit ecclesie desursuz ꝝ ex meritis ecclesie deorsum figuratur. De hac apostolus ad ℞o. 8. Spe salui facti sumus. Quia vero vsq3 ad talos descendit perseuerantiam designat ꝓout tactum est prope finem in

prohemio huius ptis. ¶Porro fm q capiti. s. xp̄o conuenit alba que est lineum vestimentum longissime distans a tunicis pelliceis que ex mortuis animalibus fiunt quib⁹ ℣Adā vestitus est post peccatum: nouitatem vite significat quaz xp̄s ꝝ habuit ꝝ docuit ꝝ tribuit in baptismo de q̄ dicit apostolus. Exuite veterem hominem cum actibus suis: ꝝ induite nouū qui fm deū creatus est. ℣Iā in trāsfiguratione resplenduit facies eius sicut sol ꝝ vestimenta eius facta sūt alba sicut nix: semper enim vestimenta christi munda fuerunt ꝝ candida: q: peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. ℣Hec etiam vestis representat albam vestē in qua herodes illusit christo. Luc. 23.

ℂDe zona seu cingulo. ℞ubrica.

¶Ebet autem alba circa lumbos sacerdotis seu pontificis zona seu cingulo quod i lege ꝝ apud grecos baltheum dicebatur precingi ne defluēdo gressuz impediat vt castitas sacerdotis p albā significata nullis incētivoz stimulis dissoluat. Lingulā nāq3 continentiam significat. Unde sint lumbi vestri precincti ꝝ lu. ar. in ma. ve. Jn lumbis qdem luxuria dominat sic dominus loquens de diabolo manifestat. virtus eius in lūbis eius ꝝ fortitudo eius in umbilico ventris illius de pedi. ij. si enim inquit ad fi. Sane in sinistro latere pontificis ex cingulo duplex dependet succinctorium quia duo sunt quibus castitas roboratur: ꝝ sine quibus difficile conseruatur. s. oratio ꝝ ieiunium. Unde dominus ait. ¶Hoc genꝰ demonioꝝ non ejicitur nisi in oratione ꝝ ieiunio. Debent ergo lumbi per continentiam precingi ꝝ per abstinentiam succingi. Unde apostol⁹. State succincti lumbos vestros in veritate. Uerum succinctoꝝium quod alias perizona vl succingulum vocatur inter indumenta legalia fuisse non legitur: quia ꝝ si legales sacerdotes accincti tempore sacrificij abstinere deberent: alio tamen tempore licite vacabāt amplexibus. hodie autem additur cingulum: q: moderni ministri iugem habere debent continentiam: ꝝ ideo non solū cingi sed etiam succingi debent. ideo autem duplex est succinctoꝝium vt duplex castitas denotetur. v3. mentis que p cingulum ꝝ corporis que per succingulum significatur. a parte sinistra dependet. quia potio: est castitas mentis q3 corporis. ꝝ dextra pars potio: est q3 sinistra. Unde Bre. Lumbis precingimur cum carnis luxuriam per carnis cōtinentiā coartamus. Cingulum quoq3 conuenienter temperantiam designat. de subcingulo etiam dictum est i prohemio huius ptis. Et aduerte q pectus ꝝ fauces leuiter cum amictu stringuntur: q: motus in nostra potestate non sunt. ℣Helias prius clausit celum quando petijt q̄ non plueret: q3 animū quando desiderabat vindictam de morte prophetaꝝ. lingua etiam in humido sedet ꝝ in madido ꝝ facile lubricat: vnde princeps apostoloꝝ ad vocem ancille magistrū suū negauit: sed renes fortiter cingulo stringū tur vt castiget corp⁹ ꝝ in seruitutem redigat ꝝ impet⁹ luxurie refrenet. ¶Porro secūdū q̄ capiti. s. christo ꝓuenit zona sacerdotalis significat illud qđ Jo. apostol⁹ ait. Conuersus vidi similem filio hominis precinctū ad mammillas zona aurea. per zonam auream perfecta christi charitas designat quam dicit apostol⁹ supereminentem scientie charitatem christi feruentem in corde radiantem in opere. cuius succinctoꝝium illud significat quod Isaias. ii. ca. de christo loquens predixit. Erit iustitia cingulum lumboꝝ eiꝰ ꝝ fides cinctoꝝium renum eius. ℣Haz iustus dominꝰ iustitiam dilexit: equitatem vidit vultus eius. Et fidelis dñs in ver. su. ꝝ. s. in. ope. suis. Due sūmitas ipsi⁹ due sunt partes naturales iustitie quam christus fecit ꝝ docuit. s. quod tibi non vis fieri alteri non feceris: sed quecūq3 vultis vt faciant vobis homines ꝝ vos eadem facite illis. Cingulu3 ergo iustitiam significat cuius duo sunt brachia scse constringentia. s. declinare a malo ꝝ operari bonū. ¶Representat et flagellum quo pylatus cecidit iesum Jo. 19.

¶ De stola. Rubrica.

Ost cingulum sacerdos ozarium sine stolam que leue domini iugum significat. 23.di.ecclesiastica. sine que est iugum pre cepto domini super collum sibi imponit vt iugum domini se suscipisse demonstret Quam cum oculo sibi imponit ꝛ depo/nit ad notandum assensum ꝛ desiderium quo se subijcit huic iugo. Illa autem a collo per anteriora descendens de xtrum ꝛ sinistrum latus adornat. quia per arma iusticie a dextris ꝛ a sinistris. i. in prosperis ꝛ in aduersis sacerdos debet esse munitus quatenus nec aduersis frangatur nec prosperis eleuetur. Unde ꝛ cū sacerdos in ordinatione sto lam accipit dicit illi eps. Accipe iugū dei. iugū enī eius suaue ē ꝛ on⁹ ei⁹ leue. suaue i. pspis: leue i aduersis. ¶ Sto/la quippe vsq; ad genua que ꝯ tingunt protendit: vt nos mites corde ꝛ humiles insinuet. Significat eni patientiam de qua scriptum est. Patientia vobis necessaria est vt re/portetis promissiones. Et iterꝝ in patientia vestra possi. a. ve. Hinc est ergo ꝙ stola cū zona seu cingulo a dextris ꝛ sini/stris quibusdā nexibus colligatur. q: virtutes virtutibus sociantur ꝛ iunantur: ne aliquo moueantur tentationes impulsu: ꝛ ad designandū ꝙ tam in pspis q̄s in aduersis dz xpi iugum patienter ferri faciente glutino charitatis. A quibusdam vero pontificibus additur premissis verbis stola innocentie induat te dominus quod stolam respicit primitiuam que fuit innocentie significatiua. ¶ Rursus stola ab humero sinistro sacerdotis in dextrum dum ordi natur reflectitur: q: cum obedientia incipiat ab activa. per dilectionem proximi transit in contemplatiuam vitam ꝙ dilectionem dei. Longitudo autem stole perseuerentiam significat. Duo brachia stole dependentia significant pru/dentiam ꝛ temperantiam. Unde apostolus ad timo. 3. Sobrie iuste ꝛ pie viuamus ꝛc̄. Sed ꝛ ꝑm decretuz bra/charensis conci. 23. distin. ecclesiastica. debet sacerdos de vno eodemq; ozario crucem pariter ꝛ vtrumq; humeꝛum premens signum crucis in suo pectore preparare: vt qui imperturbatus precipitur inter prospera ꝛ aduersa cō sistere virtutum semper ornamento vtroq; circunseptus appareat humero. Si quis autem aliter egerit excōicatio ni debite subiacebit. nisi forte quis dixerit hoc decretum ꝙ contrariam generalis ecclesie consuetudinem abrogatum. Istaz non vbiq; partes stole reducuntur ante pect⁹ in mo dum crucis. Crucē aūt gerit in pectore. dum xpi passionez cui⁹ minister est unitaē in mēte. ¶ Ozariū itaq; iugū simul ꝛ onus est: iugū sacerdotibus: onus dyaconibus. Unde fit vt sacerdotibus circa collū ꝛ dyaconib⁹ super sinistrū hūe rum ponaē: Sicut enī iugū collo portatur. sic ꝛ humeris onera ferunt. Lege i leuitico ꝛ videbis solos leuitas ferē dis onerib⁹ destinatos. In dyacono ēt stola iugū significat put in pte. 2. dcm̄ est vbi de dyacono agit. ¶ Adhuc sto/la sinistro humero dyaconi iponit. q: decet tēporalia spūa libus deseruire. vel q: dextrā dyaconi oportet esse liberaz vt expediti⁹ ad misteriū sacerdotis discurrat. de quo etiam ibi dcm̄. ¶ Ad lūbos stola succingit vt sit fortis ꝛ expedi/tio: cōtra pugnas libidinū. quādoq; tri solū super sinistrum brachiū pars anterior stole complicatur qđ tractū ē a lega libus sacerdotibus qui dum sacrificabāt sūmitates balthei sup humez reflectebant. In episcopo vero vel sacerdote ab vtraq; pte equaliter depēdet aūri⁹. q: xps cuius typuz gerunt q equanimiter se habuit in pspis ꝛ i aduersis que per leuā ꝛ dextrā significant habitatores terre ad celestia ducere desiderabat. qđ semp ante oculos mētis sue gere/bat. Dictum est autem ozarii q: q̄uis sine alijs idumētis sacerdotalibus baptizare: cōsignare ꝛ alia plura ozando fa cere liceat: sine ozario tamē nisi magna necessitate cogente nihil hoz facere liceat. ¶ In cōcilio tribur. in bucardo li. 6. c. presbyteri. legit vt presbyteri nō vadant nisi stola oz/rione induti. ¶ Notandum autem est ꝙ antiquitus stola erat vestis candida ptingens vsq; ad vestigia. qua patriar che vtebant ante legē quā primogeniti cū benedictionem patris acciperent induebāt ꝛ dño victimas vt pōtifices of ferebāt. Sed postq̄z alba cepit portari mutata est in toꝛ quē. per primā stolā inocētia itelligit ꝙ fuit in primo ho/mine. Sed cū eā pdidit ꝑpter peccatū oportuit eā recupe/rare ꝑ vitulū saginatū. q: igit̄ supest vt q ꝙ inobediētiā ce/cidimus ꝑ obediētiā resurgamus. recte ꝑ veste inocētie re cuperāda subim⁹ toꝛquē obediētie. Nā ꝑ stolam qua nunc vtimur obediētiā accipim⁹ euāgelij crucifixi. Ipsorro ſ. ꝙ capiti. ſ. xpō cōuenit stola que sup amictū collo sacerdotis iucūbit: obediētiā ꝛ seruitutē significat quā dns oīum pro/pter suoz salutē subijt. Nam cū in forma dei esset non ra/pinā arbitratus est eē se. e. d. Exinaniuit eni semetipm for/mam serui accipies factus obediēs vsq; ad mortem. mor/tem aūt crucis. Lausam quippe mortalitatis nec traxit ori gine nec cōmisit in ope. ¶ Stola etiam significat ligaturam qua iesus ligatus fuit ad colūnaz. Statutū est in canonibus 24. di. non oportet ꝛ duobus ca. se. ne subdyaconi lectoꝛres ꝛ psalmiste ozarijs sine stolis vtantur.

¶ De manipulo. Rubrica.

Ulia vero mētibus bene cōpositis ꝛ dīno cultui mancipatis sepe subꝛepit accidia que quodā toꝛpore reddit animū dormiē tez. ps. Dormitauit anima mea pre tedio ſ. in sinistra manu ministri ad altaris mini steriū accedens quedam apponitur mani pula que fanū vel manipulus vel sudariū appellaē: quate nus sudoꝛez mentis abstergat ꝛ soporē cordis excutiat: vt bonis opibus inigilet depulso tedio vel toꝛpore. Ipser ma nipulū eniz bona opa vel vigilātia designant. de qua dns ait. Uigilate q: nescitis qua hoꝛa filius homis veturus sit. Unde sponsa dicit in cāticis. Ego dormio ꝛ cor meū vigi/lat. Iper sudariū etiā penitentia designaē qua labes quot tidiani exeessus ꝛ tediū mundane cōuersationis extergitur de quo dr. Dormitauit alia mea pre tedio: tedet enim ani/mum peccatorum conscientie ꝛ infirmitatis toꝛpore. Si/gnificat etiā futuroꝝ bonoꝝ retributionem. Unde in quibusdam locis quotiēs in festis albis vtuntur mani/pulos portant: ex eo ꝙ in illa vita vnusquisq; propriaz mer cedem accipiet. Et veniētes veniēt cum ex. poꝛ. ma. suos. Item quia manipulus penitentiam designat inde est ꝙ su darium subdyaconi magis sanone sacerdotali formatur. quia vbi maioꝛ excessus maioꝛ exigitur penitentie fructus De sudario etiam ifra dicetur. ¶ Sane ministri manipu lum in brachio sinistro ferunt ad notandum ꝙ stricti de/bent esse ad terrena. sed ad celestia expediti. Antiqui antez non erant astricti ad hoc q: deo etiam pro temporalibus seruiebant: ꝛ ad significandum nos in hac vita que per sini strum significatur pati tedium superfluꝝ humoꝛis ideſt de/lectationis ꝛ alia superflua mentis. Ad hoc manipulus in sinistra fidem in hac vita designat. Manipuli vsus sum/ptus est nō ab Aarō. ſz ab antiquis patribus. q: sicut legit in martilogio bede. Arseni⁹ sudarium semp ferebat in sinu vel manu ad tegendum effluctū lachrymaz. Habebant quoq; sancti patres dum sacra tractabant ꝛ sacramenta cō ficiebant mapellas. i. paruas mappas ꝛ mantelio in mani bus nūc pro tegēdis manibus nūc pro operiēdis ꝛ nūc ꝑ reuerēter tractādis sacrāmētis. Ipsorro ſm ꝙ capiti. ſ. chri sto conuenit ꝙ sacerdos manipulum portat in leua. desi/gnat ꝙ xps brauium obtinebat in via. Iper manipulum enim preiuium designaē. Juxta qđ legit. Uenīctes antez venient cū exul. poꝛ. ma. su. Iper leuā vita presens accipi tur. Juxta illud. Leua ei⁹ sub capite meo ꝛ dextra ipi⁹ am/me. Xps aūt simul fruebaē ꝛ merebaē. fruebaē i patria: ꝛ merebaē in via. Nam simul ꝛ brauium cōprehēdebat. ꝛ stadiū percurrebat q: simul erat in patria ꝛ in via. nemo ingt ascēdit i celū nisi q descēdit de celo filius hois qui est in celo. Manipulus etiam representat funē quo iesus cō/prehēsus a iudeis ligatus fuit. Unde Jo. 18. Cōprehende/runt ꝛ ligauerūt eū. Manipulus tamē post inductam pla/netam consuevit romano pontifici imitti quod etiā a plurī bus obseruaē. de quo in quarta parte sub ti. de confessiōe

dicetur: ¶ Notandum aūt ꝙ dyacon⁹ ꝛ subdyacon⁹ pō/tifici idueti ꝛ exuēti se sacris vestib⁹ sine manipulis serviāt Primo vt expediti⁹ ꝛ liberi⁹ administrēt. Secūdo ad notā/dum ꝙ in tali obsequio non debet fructū querere tempo/ralem qui quandoq; ꝑ manipulum significatur. Juxta il/lud. ps. Uenietes aūt ꝛc̄. Rursus dum pontifex se induit vel exuit dyaconus stat a dextris ꝛ subdyacon⁹ a sinistris q: dyaconus ex ordine suo ad ſfortiora ꝛ pfectiora que ꝑ dextram significantur assumitur q̄z subdyaconus.

¶ De casula seu planeta. Rubrica

Ostremo super oēs vestes induit casula que quasi qua casa dicit ꝛ a grecis plane ta vocaē a planō qđ est error. qm̄ errabū dus eius lūbus sup brachia eleuatur fi/gnificans charitatez sine qua sacerdos est sicut es sonās aut cymbalum tinniens. fi/ent enim charitas operit multitudinem peccatorum ꝛ om nia legis ꝛ prophetarum mandata continet dicente aposto lo. Plenitudo legis est charitas. sic ꝛ hec vestis cūcta pla nat ꝛ alia oīa indumenta intra se claudit ꝛ continet. De cha ritate dicit apostolus: adhuc excellentiorem viam vobis ostendo. si linguis hominum loquar ꝛ angelorum: charita tem autem non habeam nihil sum: ꝛ iterum: si fidem ha beam vt montes transferam: charitatem autem non habe am nihil sum. de conse. di. 4. solent. hec siquidem est ve/stis nuptialis de qua dominus inquit in euāgelio. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialez: sine hac aūt nunq̄z sacerdos debet suum officiū exercere quia semp eā decet in vinculo charitatis permanere: per hoc ät ꝙ amictus sup os planete revoluit̄ inuit̄ ꝙ bonū op⁹ de/bet ad charitatē referri. Nā finis ꝑcepti est charitas de coꝛ de puro ꝛ cōscia bona ꝛ fide nō ficta. ꝙ vero casula in exte sione manuū in anteriorē ꝛ posteriorē partē dividit̄: signi/ficat duo brachia charitatis ad deū. ſ. ꝛ ad proximū. Dili/ges ingt deū tuū ꝛc̄. In his duob⁹ mandatis tota lex pen det ꝛ ꝑphete. Rursus latitudo planete latitudinē signifi/cat charitatis que ēt vsq; ad inimicos extēdit. vñ: Latum mādatum tuū nimis. Due quoq; plicature: sinistre. vz. ꝛ dextre: sūt duo ꝑcepta charitatis. ſ. amoꝛ dei ꝛ primi. Du plicaē ēt añ pect⁹ ꝙ qđ coꝛ. ꝛ iter humeros ꝑ quos opera exprimūt̄. ꝛ i eis vestimētū duplex i ipm efficit̄. q: sic de/bem⁹ bona opa foris ostendere primis vt eadē intus i coꝛde coꝛa domino integra seruem⁹. Charitatē. n. debem⁹ hre in coꝛde ꝛ ope ꝛ itus ꝛ foris. Rursus añ pect⁹ duplicaē. qm̄ ꝑ charitatē bona voluntas ꝛ scā cogitatio generaē. Dupli/caē ēt inē humeros. q: ꝑ illā aduersa a primis ꝛ ab aduer sarijs supportant̄. Ad brachia ät elcuaē duz bona opa cha rtatis opamur. Ad dextrū dū opamur bonū ad domesti cos fidei. Ad sinistrū dū extēdit̄ ēt ad inimicos. Adhuc tri/plicaē i brachijs. i. dextro qđē dū fidelib⁹ monachis cleri/cis ꝛ laicis subuenim⁹. in sinistro dū ſfidelib⁹. ſ. malis xpia nis: iudeis ꝛ paganis necessaria ministram⁹. ꝑ casulā quo/q̄z recte opa iustitie designant̄. Juxta illud. Sacerdotes tui ind. iusti. Sane sacerdos suū agens officiū nō dz casulā exuere. q: ꝓcipiēte dño leui. 21. c. nō licet egredi de sanctis. ſ. rebus vel preceptis. Ipsorro ſm ꝙ capiti. ſ. xpō cōue nit casula magni sacerdotis est eccl'a vniuersalis de qua di cit apostolus. quotquot i xpō baptizati estis xpm induistis hoc est illud Aaron vestimentum cuius in oram descendit vnguētū. sed a capite descendit in barbā ꝛ a barba descen dit in oꝛa. qm̄ de plenitudine spūs ei⁹ nos oēs accepimus. primo apostoli. deinde ceteri. ꝙ aūt casula una ꝛ integra ꝛ vndiq; clausa est: significat fidei vnitatē ꝛ integritatē. ve/rūtamen in extensione manuū in anteriorē ꝛ posteriorem partē quodāmodo dividit̄ designās antiquā eccl'iā que passionē xpi ꝓfessit: ꝛ nouā q̄ xpi passionē subsequit̄. naz ꝛ qui ꝑibant ꝛ qui sequebant̄ clamabant dicentes: osanna filio Dauid bene. qui ve. in no. do. Hec etiam vestis re/presentat purpureum vestimentum quo milites circūde/derunt Jesum. Joannis decimonono capitulo.

¶ De caligis ꝛ sandaliis. Rubrica.

Uperius de sex ornamētis tā sacerdotib⁹ q̄z epis cōibus dcm̄ est. nunc aūt de nouē pōtificū spūalib⁹ dicendū restat ꝛ pri⁹ de caligis ꝛ sandaliis videam⁹. Uestimentuz aūt pedū nō habuit originem ab aaron. q duntaxat in iudea conuersabatur: ideoq; necesse non habuit. sed ab apostolis quibus dictū est. Eun tes docete oēs gētes. nisi forte qs dixerit ꝙ caligę ꝛ sanda/lia in locū seminaliū succedūt. ¶ Celebraturi igitur pontifi ces pedes interea dum dicunt̄ quoq; psalmi in preparatio/ne euāgelij pacis caligis ꝛ sandaliis calciant̄ quoz pulchri/tudinē admirabaē ppha dicēs. q̄s speciosi pedes euange/lizātiū pacē: euāgelizātiū bona. Uñ apls ad ephe. Calciati pedes calciamentis vtutum. ꝛ in euangelio legit̄ dñs mi sisse discipulos suos sandaliis calciatos: calciatos vtiq; ꝛ pre parationē euangelij pacis. si enim calciati nō essent quō sup serpentes ꝛ scoꝛpiones calcare potuissent. Cogitēt igit̄ epi cur ita calciati sunt: imitent̄ eoꝝ exempla quoꝝ imi/tantur calciamenta. Siquidē per pedes conuenienter affe ctus intelliguntur. Debent nāq; habere affectus ꝛ deside ria calciata: ne puluere terreno: rum seu temporalium ma culentur. Iper huiusmodi quoq; calciamentum prohibi/tio pedum congrue intelligitur ne. vz: ad illicita festinent: q: vero affectus facilius inficiuntur ꝛ maculantur tempoꝛe prosperitatis quod per dextrum: q̄s tempoꝛe aduersitatis quod per sinistrum intelligitur: ideo vt maioꝛi periculo ci tius occurrendum ostendatur a dextro pede pontifex inci/pit calciari: prius tamen q̄s sandalia pedibus imponantur caligis induuntur vsq; ad genua protensis ibiq; constrictis q: predicatoꝛ pedibus suis rectos debet facere gressus su os ꝛ genua debilia roborare: naz qui fecerit ꝛ docuerit hic magnus vocabitur in regno celoꝝ. Calige quoq; iacin/ctini. i. aerei seu celestis coloꝛis: denotant ꝙ celestes debet habere pedes. i. affectus ꝛ firmos ne claudicet: sed dicat confortamini pusillanimes. Et consequenter sandalia pedi bus imponuntur que sic vocantur ab herba vel sandarico coloꝛe quo depinguntur. Habent autez desubtus integrā soleam: desuper vero coꝛeum fenestratum: q: gressus pre dicatoꝛis ꝛ subtus debent esse muniti ne polluantur terre/nis. Juxta illud dominicum. Excutite puluerem de pedi/bus vestris: ꝛ sursum aperti quatenus ad cognoscēda my steria seu celestia reuelentur. Juxta illud propheticum. Re uela oculos meos ꝛ cō. mi. de le. tua. In hoc quoq; ꝙ dꝰ super aperta sunt: ꝙ coꝛda semper ad deum erecta habe/re ꝛ oculos mentis ad ea que sursuz sunt aperire debem⁹ significatur. Oꝛ etiam subtus solida sunt significat ꝙ mentē in terrenis obtusam habere debemus: nec debemus que rere benedictionem. Esau que in terris est: sed Jacob que est in celis. ¶ Rursus ꝙ sandalia quibusdam locis aperta ꝛ in quibusdam integra seu clausa sunt: designat ꝙ euange lica predicatio nec omnibus reuelari nec omnibus absco di debet. Juxta illud. Uobis datum est nosce mysterium regni dei. ceteris autem in parabolis. Nolite sanctum da re canibus: neq; margaritas spargere añ porcos. ii. q. 3. no lite. ¶ Sandalia quoq; interius quādoq; ex coꝛio albo fi/unt: q: necesse est intentionem candidam ꝛ conscientiam puram coram deo habere. ꝛ exterius nigrum apparet: q: predicatoꝛum vita propter tribulationes huius mundi ni/gra ꝛ despecta secularibus. videtur. Quandoq; etiam ru beum ad votum martyrii designandum: ꝛ quandoq; di/uersis coloꝛibus variatum in quo virtutum varietas qui/bus ornatus esse debet significatur. Lingula vero a coꝛeo sepata super pedem consurgens. linguas eoꝝ qui predi catoꝛi bonum perhibent testimoninm significat: qui tamē quodammodo a spiritualium conversatione separati sunt. Secundo lingula ipsa spiritualium lingua est que predica toꝛem in opus predicationis introduxit. Tertio etiam ipsi us predicatoꝛis linguam designat. linea vero ab ipsa lingu la vsq; ad finem sandalij per medium eius procedens euā gelicam perfectionem designat. linee vero ab vtroq; late re procedentes que in fine sandalij ad ipsam lineā mediaz

referantur sbiqz terminantur. legem figurant prophetiaz que in euangelio recapitulatur ⁊ in eo determinatur. Superior quoqz pars sandaliorum per quam pes introducitur varijs consuitur funiculis: ne duo eius cornua defluãt seu abinuicem separentur seu abinuicem disiungantur ad notandum qꝫ predicator seipsum varijs alligare debet virtutibus aut scripture sententijs: ne ipsius intrinseca ab his que exterius lucent coraz altissimo disiungant. Ipsa quoqz sandaliorum ligatura significat qꝫ prelatus qui huc illuc qꝫ discurrere habet gressus mentis firmare debet cum inturbis versatur. Quia vero corrigie huc atqz illuc manib⁹ ducuntur vt sandalia firmentur ⁊ ligentur: significat qꝫ predicator sic firmo gressu incedere debet vt nulli onerosus existat: ⁊ ne in via ministrando deficiat. Nam frustra velociter currit qui priusqz ad metam perueniat deficit: ꝺ pe. di. 3. incassum. Mystice enim sandalia cursum predicatoris significant. Quandoqz tamen sandalia non ligantur quia christi incarnatio aliquando humanis sensibus aperta est: vt est pannis inuolui ⁊ in presepio poni. Aliquando vero corrigie sandalijs supererogantur: quia scriptum est. Quodcuqz supererogaueris ego cum rediero reddam tibi. Potest etiam dici qꝫ calige significant illam lotionez de qua dominus ait. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet. sed qz non sufficit mundicia cordis absqz patientia persecutionis: ideo sequuntur centones rubei qui martyrium figurant. Qui autem in corde mundiciam ⁊ in voluntate si opus fuerit habuerit patientiam securus accedet ad predicationem quam sandalia designant apostolica. Porro secundum qꝫ capiti. s. xpo conueniunt sandalia aliud designãt Pontifex enim in altaris officio capitis sui. s. xpi cuius est membrum representans personam: dum pedibus assumit sandalia: illud incarnationis dominice calciamentuz insinuat: de quo dominus ait in ps. In idumeam extendaz calciamentum meum. i. in gentibus notam faciam incarnationem meam. Venit enim ad nos calciata diuinitas vt pro nobis dei filius sacerdotio fungeretur. Per singulas autem quibus pedibus ipsa sandalia constringuntur: illud idem accipimus quod per calciamenti corrigiaz Jo. bap. significauit cum ait. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere: vnionem. vz. ineffabilem ⁊ copulaz carnalem insolubilem quibus verbi diuinitas nostre se carni coniunxit. Sane mediantibus caligis pedes sandalijs coniunguntur quoniam anima mediante carne diuinitati est vnita: sicut. n. pes corpus sustentat. ita diuinitas mũdũ gubernat. Unde ps. Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Uerum sm decretum Greg. 93. di. §. compagis. ⁊ duobus ca. se. Dyaconi non debent vti compagis. i. sandalijs neqz manipulis. i. calciamentis episcopalibus absqz indulgentia sedis apostolice speciali. Olim enim vtebantur quia eorum erat discurrere per comitatũ. Hodie ergo nec ipsi nec sacerdotes vtuntur sed episcopi solũ vt per varietatem sandaliorum notetur varietas officioz. Preterea epi habent p plebes discurrere. sacerdotes vero domini hostias immolare. Clerici autem romane ecclesie ex concessione Constantini imperatoris vti possent calciamentis cum vtonibus ideſt candido linteamine. 96. distinctione. Constantinus.

De succintorio ⁊ orali. Rubrica.

d

E succintorio nil aliud dicimus qꝫ qꝺ subzona ⁊ cingulo in prohemio huius partis dictum est. Sane romanus pontifex post albam ⁊ cingulum assumit orale quandã vz. sindonem quod capiti quasi in moduz veli imponit. ⁊ replicat super humeros ⁊ ante pectus legalis pontificis ordinem sequens qui post lineam strictam ⁊ zonam induebat ephot. i. superhumerale cuius locum modo tenet amictus. Assumit etiaz crucem quandam carbenulis insertam quam a collo suspensam sibi statuit ante pectus. quoniam ⁊ legalis pontifex laminam aureaz gerebat in fronte pro qua pontifex iste crucem gerit in pectore. ⁊ sic signo crucis aurea lamina cessit. nam mysterium quod in quatuor litteris aurilamina continebat in quatuor partibus forma crucis explicuit. Juxta quod inquit apostolus. Ut comprehendatis cum omnib⁹ sanctis que sit latitudo ⁊ longitudo: que sublimitas ⁊ profundum: sacramentum ergo quod ille tunc per laminã p̃ferebat in fronte: hoc iste iam recondit in mente. Maz corde creditur ad iustitiam: ore autez confessio fit ad salutez. ⁊ sm Hiero. auro legis: sanguis euangelij preciosior est. Crucem quoqz statuit sibi ante pectus ad designandũ qꝺ ait apostolus. Glorificate ⁊ portate deum in corpore vestro. Imponendo autem sibi ⁊ deponendo crucem illam osculatur ad denotandum qꝫ xpi passionem que propter illam significatur credit ⁊ confitetur. ad quam representãdam in officio misse separat.

De tunica. Rubrica.

p

